

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen**

**Case, John**

**Francofurtum, 1597**

**VD16 C 1242**

Cap. XII. - An sit aliqua absoluta Voluptas?

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

*An sit aliqua absoluta Voluptas?*

**T**OTVS hic est philosophus in refutatione aliarum opinionum, quæ in postremo capite de voluptate & dolore mouebantur. Sed quoniam ei placet cum illis ludere, mihi placet ea quæ sunt minus necessaria hoc loco rescindere. Summa ergo omnium est, quod aliquid sit absolutè vel comparatè bonum aut malum: absolutè bonum est, vt virtus, comparatè, vt post relapsam poenitètia: absolutè malum, vt feritas, comparate, vt fabricitantibus lac aut vinum propinare. Quorsum hæc? vt intelligas voluptatem esse bonū casu & fortuitò nō per se: & sic refellitur eorum opinio, qui nullam voluptatem, vel per se, vel propter aliud esse voluerunt. Sequuntur aliæ distinctiones, quarum prima est, quod aliquid sit bonum secundum actum, aliquid secundum habitum? eundemq; vel moris, vt est virtus? vel naturæ, vt voluptas, quæ naturam fouet & conseruat: secunda quod sit quædam voluptas simplex

Bonum  
Absolutum  
Comparatum

Voluptas  
est bonum  
fortuitum.

Distinctio  
boni.



plex, quæ ictu doloris nūquam vulneratur, ut in verè cōtemplantibus: quædam composita, quæ fellis & doloris amaritudinem admixtam habet: illa rarò in hac vita, hæc sæpè & multis contingit: Quibus concessis tertia opinio concidit, quæ omnes voluptates in bonis posuit.

Voluptas Simplex, Composita

Voluptas omnis non est in bonis.

*Distinctio.*

Absoluta voluptas dicitur vel quia

{	Nullum dolorem admixtum habet, ut in fœlicitate contemplatiua.
	Dolor (qui cōtingit) aut contemnitur, aut in bonum conuertitur, ut in fœlicitate actiua.

*Opp.*

Fortis qui est patientissimus doloris, tormenta aliquando res tristes & acerbæ ducit, ergo in nullo est absoluta voluptas. Antecedens est in tertio libro Ethic.

*Resp.*

Fortitudo dicitur res tristis.

{	Respectu natura, quæ abhorret pericula.
	Non respectu virtutis, quæ sapienter subit.

An prudens semper fugiat voluptatem?

{	Bona, quæ est vel	{	Vtilis,
	Fœda, quam fugit.		Necessaria, & hanc non fugit.
{	{	{	Quia impedit consilium.
			Quia labefactat ingenium.
			Qui generat morbum.
{	{	{	Qui parit insaniam.

LI CAP.